

14  
transitum sive passageum aut iter Navale sive Viagium Maritimum in Jurisdictionem nostram  
Maritimam supradictam seu Lora vel Limites Admiraltatis nostrae predictae et cognitionem et  
antidictam et alia quaecumque expedita vel expedienda quae funde concernent in respectu  
Eiusdem cum potestate procedendi in eisdem iuxta Jura Statuta Leges Ordinationes ac consuetudines  
predictas ab antiquo Usitata tam in Officiis merito mixto vel parato quam ad abeius partes  
instantiam pro ut Leges exiget et expediens visum fuerit ac etiam cum cognitione et decisione  
de Wrecco Maris magno seu parvo ac de Mortis Submersione et Visu Corporum Mortuorum et  
quarumcumque sortium in Mari vel fluminibus publicis portibus aquis dulcibus seu Locis et  
quibuscumque infra fluxum Maris et aquae ad plenitudinem per dictam provinciam et Territorium  
Nostrum de Maryland predictas et partes Maritimas eorundem et eisdem adjacentes quascumque  
vel alibi infra Jurisdictionem Nostram predictas qualitercumque interfectarum sive submer-  
sarum aut interficiendarum seu submergendarum sive morderatarum vel morderandarum  
aut aliquo alio modo ibidem ad Mortem devenientium Unacum cum cognitione de Mahemia  
in Locis predictis infra Jurisdictionem Nostram Maritimam predictas ac fluxum Maris et aquae  
ibidem contingenti cum potestate etiam puniendi Delinquentes in ea parte quoscumque iuxta  
Juris exigentiam et consuetudines predictas etiam omnia et singula quae in praemissis  
tantum et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna iuxta et secundum Jura  
Statuta Leges Ordinationes et consuetudines predictas faciendum Exercendum expediendum  
et exequendum Tibi de cuius fidelitate et circumspeditionis industria plurimum in hac parte  
confidimus Vires et Auctoritatem Nostras in et per Provinciam et Territorium Nostrum de  
Maryland predictas et partes Maritimas eorundem et eisdem adjacentes quascumque atque etiam  
per omnia et singula Litora Maris fluminisque publica portus aquas dulces Rivos et  
ae Brachia tam Maris quam fluminum et Loras quaecumque dictae provinciae et Territorii  
Nostrorum de Maryland predictas et partium Marimarum eorundem et eisdem adjacentium  
quarumcumque Libertates et franchises ac etiam Committimus per presentes ac concedimus  
aliam vel alios Deputatum vel Deputatos quoties tibi Expediens visum fuerit loco suo  
praemissis Deputandi et Surrogandi ac etiam cum potestate quoscumque alios Officiarios  
Ministros pro dicto Officio et Exercitio eisdem in dictis Provincia et Territorio Nostris  
de Maryland predictas et partibus Maritimis eorundem et eisdem adjacentibus quibuscumque sub-  
le Necessarios idoneos et opportunos de tempore in tempus Nominandi perficiendi Ordinandi  
assignandi faciendi et constituendi Salvo semper Jure Supremae Auctoritatis Nostrae  
Angliae Normanniae Iudicis et Registri eisdem Jure quibus et eorum alibi in aliquo loco  
Volumus